

est in irrationabili impetu ad rem prosequendam; nimirum ubi animus diffluit & *αειφέρειται* sine gubernaculo ac coercitione rationis. (conf. c. 2. 2) hæc in levitate se in vanis oblectante.

2. *κρίσις*

a. absolutam de

j. sapientia, tū hoc indagante & judicante; quòd sit depastio & consumptio spiritus, v. 17. tum alia omni; quòd cum v. 18. multiplici mærore & dolore conjuncta sit. v. 18.

ij. letitia (Notanda connexio. v. 16. c. 1. locutus CAP. II. sum cum corde meo, h. e. ratiocinatus sum & collegi apud animum me- v. 1. um: deniq; dixi & decrevi, &c.)

i. in genere, quòd sit vanitas. v. 1. Letitiam hinc latè dicit; quippe distinguit in risum & letitiam à risu distinctam. In his autem letitia opponitur sapientiæ illi curiosæ & laboriosæ. A- libi ponitur pro *εὐθυμία*. Hic igitur species est studii; nimirum cujus finis est voluptas, vid. v. 10. Ibi animi æquanimitas, qua æ- gritudo & anxietas expectatur. *Anassecháh*, tentabo te, scilicet, cor meum; vel seipsum compellat. LXX. *ωνεγιωσ* *ε*, ut, scilicet, læ- titiam ferre possis.

II. in specie, de

v. 2.

aa. risu, h. e. vehementi ac diffuenti gau- dio, ex re non solida: quòd sit furor. Hinc explica *Holelôth*.

bb. letitia, h. e. moderata voluptate, quæ & in sapientibus; quòd nihil efficiat. v. 2.

III. in objectis; quæ

v. 3.

aa. enumerat; ut sunt

aa. cura corporis, v. 3. Hic inculcat consilium suum *Cor meum procedebat* (*Nobég* absolutè; ut 2. Reg 9:20. vel promovebat sapientiam, ut 1. Chron. 13: 7. Esa. 11: 6.) in sapientia, et- iam ad apprehendendam stultitiam, hoc est, periculum faciendum ejus lætitiæ, qua leves & stulti affici solent; donec viderem, quid esset bonum filiis hominis, quod facerent, *ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ* (vel quod efficerent) sub celo, nu- mero dierum vitæ suæ.

ββ. opera. v. 4. 5. 6.

v. 4. 5. 6.

γγ. familia & peculium. v. 7.

v. 7.

δδ. thesauri & oblectamenta. vers. 8. v. 8.

*schiddáh* *veschiddóth*, aliis instrumenta musica: aliis bello raptæ mu- lies;

B

lieres;